



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 2. Conuentus Lusitaniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

§. 6. *Diuisio Hispaniæ secundum Plinium, in 14. Conuentus.*NVM. 1. *Conuentus in Bætica.*

GADITANVS. Continebat partem territorij Hispalensis, & Gades Insulam. } Gadiræ caput Conuentus: ibi & Carteia Græcis Tartessos dicta.

HISPALENSIS. Complectebatur maximam partem territorij Hispalensis. } Caput Conuentus Hispalis Colonia cognomine Romulensis. Hic quoque Ilipe cognomine Italica.

ASTIGITANVS. Extendebatur ad partem territorij Hispalensis, & præterea ex Regno Granatensi Episcopatum Malacensem decerpebat. } Caput Astygi cognomine Augusta Firma Colonia, vbi quoque Munda prælio in filios Pompeij clara.

CORDVBENSIS. Continebat territorium Cordubense, & totum regnum Granatense, præter Episcopatum Malacensem. } Caput Corduba cognomine Patricia. Vbi quoque Murgis Bæticæ finis.

NVM. 2. *Conuentus in Lusitania.*

PACENSIS. Continebat Portugalliam partem scilicet Antra Teio-Guadiana, & Algarbiam. } Caput pax Iulia Beia, vbi & Ossonoba, & Eboræ seu Eburæ dicta Cerealis.

SCALABITANVS. Complectebatur Beiriam, Extremaduram Portugalliam, & magnam partem Tramontanæ. } Scalabiscus caput Conuentus Santaren. Hic quoque Olyssippo Lisbonæ.

EMERITENSIS. Continebat partem Regni Legionensis cis Durium, & Extremaduram Castellæ totam. } Augusta Emerita caput Conuentus Meride, celebrata suo cocco, & oliuis.

NVM. 3. *Conuentus in Tarraconensi.*

LVCENSIS. Galiciam totam continebat. } Caput Lucus Augusti. In hoc Conuentu censebantur liberorum capitum 166000. vel vt alij codices 175000.